



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

§.5. Concilium Braccarense.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

fiæ, quas Episcopus singulis annis visita- Sæculum VI.  
re non posset; præterea rem magna dif- A. C. 563.  
ficultate laborare, ut, cum unicus sit Me-  
tropolita, Concilium singulis annis con-  
gregetur. Episcopi, ut huic malo me-  
derentur, Ecclesiam Augusto-Lucensem  
ad Sedis Metropolitanæ Dignitatem, qua  
Braccarenfis jam ante gaudebat, evexe-  
runt. Novas quoque erexerunt Sedes  
Episcopales atque honor iste etiam Mo-  
nasterio Dumienfi obtigit. S. Martinus  
illius loci Abbas primus Episcopus fuit.  
Præterea uniuscujusque Diœcesis Paro-  
chiis limites posuerunt, ut Episcopis vi-  
cinis omnis litigandi occasio tolleretur.

## §. V.

*Concilium Braccarense.*

Anno sequente 563. tertio regnantis  
Ariamiri, qui idem Theodemirus fuis-  
se creditur, Concilium Braccaræ prima  
die Maji celebratum, cui adfuerunt E- to. 5. p. 856.  
piscopi octo, & inter alios Martinus. Is  
Episcopus Dumienfis fuisse conjicitur.  
Lucretius Archiepiscopus Braccarenfis  
Concilii Præses imprimis proposuit, Fi-  
dem contra Hæreticos præsertim contra  
superstitios aliquos Priscillianistas esse sta- Sup. lib.  
biliendam. Tum S. Leonis Epistolam XXVII.  
S. Turibio, & Episcopis Galæciæ missam, c. 10.  
illamque, quam Concilium quatuor Pro-  
vinciarum ad Balconium dederat, reci-  
tari

Sæculum VI. tari iussit. Porro septendecim Articuli  
A. C. 563. contra eosdem errores propositi, quos  
 Concilium approbavit. Tandem lecti  
 sunt Canones tam Conciliorum Gene-  
 ralium quam Provincialium ad Discipli-  
 nam pertinentes, & Canones novi vi-  
 ginti duo, quorum plerique Ordinem  
 Cæremoniarum præscribunt, in hoc Con-  
 cilio conditi.

- Can. 1.* Præcipitur generatim ut ubique idem  
 Psalmodiæ ordo servetur, & Monasterio-  
 rum consuetudines non immisceantur.  
*2.* Eadem Lectiones recitentur, in Missa &  
*4. 5.* Baptismo Ritus a Profuturo Episcopo  
 Braccarensi introductum omnes sequan-  
 tur. Prohibetur, ne in Ecclesia ullum  
*12.* aliud Carmen exceptis Psalmis & SS. Scri-  
 pturis canatur. Hic videntur Hymni  
*c. 3.* rejici. Episcopi populum salutent illis  
 verbis: *Dominus vobiscum*, sicut Pres-  
 byteri nullo discrimine. Nihilominus  
*c. 10.* prævaluit distinctio, & Episcopi dicunt:  
*Pax vobis.* Qui Subdiaconus non est,  
*c. 11.* Sacra Vasa non tangat. Lectores, dum  
 in Ecclesia cantant, vestitu hominum Sæ-  
 cularium non utantur, nec longos capil-  
 los ritu Gentilium alant. Diaconi O-  
 rarium id est Stulam non occultent, sed  
 illam super humerum gerant, ut a Sub-  
 diaconis discernantur. Clerici qui car-  
*c. 14.* nes non comedunt, saltem olera cum  
 carnibus cocta comedant, ut omnem su-  
 spicio-

spicionem Priscillianæ Hæresis a se amo- Sæculum VI.  
veant. A. C. 563.

Ecclesiæ Bona in tres partes dividan- c. 7.  
tur, quarum una Episcopo, altera Cleri- c. 21.  
cis, tertia sartis tectis adhibeatur. Quæ  
pro mortuis aut alterius Devotionis  
causa offeruntur, inter omnes Clericos  
semel bisve per annum dividantur, &  
nemo sibi soli oblata per septimanam u-  
surpet. Sepultura Ecclesiastica priven- c. 16.  
tur, qui sibi ipsis manus violentas intule-  
runt, aut suorum flagitiorum pœnas mor-  
te dederunt. Pro his, nec pro Catechu- c. 17.  
menis sine Baptismo mortuis, non ore-  
tur. (\*)

Nemo in Ecclesiis Sanctorum sepe- c. 18.  
liatur, sed tantum extra muros earum,  
cum Civitates Privilegio adhucdum gau-  
deant, ne quisquam intra muros terræ  
mandetur.

§. VI.

*S. Æmilianus. S. Donatus.*

Sub idem tempus in Hispania degebat *Act. SS.*  
celeberrimus Anachoreta Æmilianus *Ben. tom. I.*  
cognomento Cucullatus, quod ipsi haud *p. 205.*  
dubie a forma vestimenti inhæserit. Is  
humili loco natus cum aliquamdiu oves  
eduxisset ad pascua, cujusdam Eremi-  
colæ,

(\*) Ita quidem hoc Concilium. At S. Am-  
brosium pro Valentiniano Imp. Catechumeno non  
solum orasse, sed etiam sacrificasse legimus.